

h. ii, 27.

Vd  
1987


IN  
FAVSTVM FELICEMQVE  
REDITVM  
AVGVSTI III  
POTENTISSIMI REGIS POLONIARVM  
ET  
ELECTORIS SAXONIAE  
ETC. ETC.  
D. XXX. APRILIS CLXIII.



LEV COPETRAE

EX OFFICINA IFIANA.





etiam etiam etiam etiam etiam etiam etiam  
etiam etiam etiam etiam etiam etiam etiam etiam  
etiam etiam etiam etiam etiam etiam etiam etiam



audium quantum est populo fidei,  
Optimum tandem redisse regem,

Et suae rursus patriae parentem

Restituuisse?

Subditis vera pietate claris  
Denuo celsas animi eminentis  
In suo dotes domino stupere  
Quanta voluptas?

Ora, quam suave est TVA, Rex, tueri!  
Nos deus longum sinat hac potiri  
Gratia, et votis erimus deinceps  
Sorte beati.

Qui procul dulci patria tot annos  
Degit AVGVSTVS, redit aufpicato,  
Saxones porro celebrate vestræ  
Gaudia gentis!

En! redit sanus, solito serenus,  
Et peroptatam revehens quietem,  
Fert opem lapsæ patriæ, et Camoenis  
Pene caducis.

Diva pax, salve! toties vocata,  
Pax diu surdis precibus rogata,  
Ad lares nostros vireat perenne  
Pacis Oliva.

Quam Deus nobis placidam reducis,  
Proroga pacem, stabilique longum,  
Quo TVA aeterno veneremur aevo  
Nomina sancta.

En

En Deus noster! TIBI Rex triumphat,  
Et canit laudes, meritasque gestit  
Nostra gens, duris laqueis soluta,  
Dicere grates.

Magne Rex! salve, pater alme! salve,  
Anxie pressos reficis penates  
Aspere quando patriam gementem  
Sors mala vexat.

Per truces belli, bone Rex! procellas,  
Mentis augustae monumenta nobis  
Rara monstrasti! neque porro mirum est,  
Cum Deus auctor.

Quem Deus nostrae patriae saluti  
Praestitit salvum, iuvat osculari,  
Et manus, quae nos cumulant favore,  
Sunt prece dignae.

Rex TVAM sortem lacrymantur omnes,  
Quippe quanta, et quot mala non tulisti?  
Quamque non fractus feriem laborum  
Non tolerasti?

Proh dolor! quantas diuturna Martis  
Ira prostratis genuit querelas?  
Nostra quoq[ue] tristes subiere casus  
Arva paterna?

Nonne

Nonne Mars totum fremuit per orbem?  
Albis, et Rhenus, Viadrusque nonne  
Vsque spumarunt misera innocentum.  
Sanguinis unda?

Foederis sancti socii coite,  
Et focus nostris religate pacem,  
Quippe sat fusum est patrii crux.

Claudite rivos!

Ad sacras porro properemus aras,  
Et genu ad terram tremulo ruentes  
Sacra pro Augsti simul offeramus  
Thura salute.

Eia Collegae! resonante fama,  
Principem tantum decoremus Eia!  
Illi vires animi canamus  
Voce triumphi!

Proh Deus! divum caput hoc sinistro  
Febrium accessu, dubiusque morbis  
Libera, serva, tege praepotente  
Aegide tutum.

Rex diu vivat vigeatque felix,  
Affluat votis, niteatque magnus,  
Gaudium, AVGUSTVS, populi, per annos  
fine carentes.

Rege

Rege servato, Deus o benigno!  
Regiae prolis pariter memento!  
Spemque, quae nostrae est patriae voluptas,  
Protege, cura!

Iane, letales modo clade portas!  
Quae nimis longum patuere Marti,  
Affer et nobis numeris repletam  
Prosperitatem.

Clangor armorum fileat! quiescant  
Plumbeae glandes! pereant et arcus!  
Grata quo missis peragamus armis  
Otia tandem.

Conditos olim gladios reconde!  
Ferreus coecum reprimat furorem  
Mulciber, quo pax recreet misellos  
Alma penates!

Rex, pater charae patriae, salusque  
Paxque de coelo comites revertunt;  
Saxones tanti date signa plausus!  
Eia triumphum!

Heus, boni cives! timidique ruris  
Incolae ad vestras remeate sedes,  
Vosque mercantes hilares quieto  
Marte redite!

Ob.



FR 12.1987

X 3646337 VD18

Obterat nūquam pedibus protervis  
Iura Mars sacrae Themidos verenda!  
Sed novo sanctae fine fine leges  
Flore virescant

Nulla nos post hac socios fideli  
Pace coniunctos dirimat nefanda  
Rixa, sed longum bona pax in aeum  
Firmet amicos

# GERARDVS IOSEPHVS BERNE,

et. 84. ann.



h. ii, 27.

Vd  
1987

IN  
FAVSTVM FELICEMQVE  
REDITVM  
AVGVSTI III  
POTENTISSIMI REGIS POLONIARVM  
ET  
ELECTORIS SAXONIAE  
ETC. ETC.  
D. XXX. APRILIS cl LCC LXIII.

